



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

6. Executores vltimarum voluntatum, rectè testamentarij dicantur &
nume.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

re ipse sic dicere videtur, quod executor sine commissarius ea fertur esse persona, cuius ope ac consilio vltima voluntas ad effectum perducitur. Hinc enim in diffinitione primò genus apponitur: vt. l. 1. ff. de statu hom. & instit. de iure perso. in prin. Secundò, cum dicit, cuius ope ac consilio, singulas species executorum comprehendit, siue verbo, siue re officium exequantur, nec non pro se vel alio negotium agant. Item vltimam voluntatem, dicendo: species illius meritò non prætermisit. Et similiter complectitur eum, qui eligit pauperes, & qui legata soluit, siue causa sit pia, siue non pia quicquid Ang. dixerit in suo consil. 64. in 2. col.

Quæro se cundò, † quod quibusue nominibus appellari solèt? Et Spe. in. d. 5. nunc verò aliqua. versi. porrò. dicebat eum executorem testamentarium appellari: quod Goffredus in. c. Ioannes. de testa. capere visus est, dicens executorem proprie solere dici, qui in iudicijs interuenit, & iudicis sententiam ad effectum perducit: vt. l. 1. C. de excu. rei iudi. c. super eo. de crimine fal. 2. q. 6. ab executeore.

Sed

Sed tamen supra scripta spec. opinio bene defendi potest: quoniam vltima testatoris voluntas, iudiciū appellatur: vt. l. i. C. de sacrosan. eccle. Et similiter vltima voluntas, sententia dicitur: vt. ff. de testam. l. i. in authen. de heredi. & Falci. §. si verò expressim. & §. seq. secundum Ioan. And. ibi in addi. Sed verius est non esse sententiam strictè ac propriè, neq; verum iudicium: sed potius largo modo per quandam similitudinem: cum de vno ad aliud arguatur. c. forus. §. constat. de verb. signi. & l. non est mirum. ff. de pigno. actio. Quare dicendo executores testamentarios, contentio sublata est.

7 † Secundo dicuntur diuisores secundum l. pecunia. ff. de ali. & ciba. leg. Is enim habet diuidere, quæ sunt distribuenda, vt proxime dicitur, quoniam si distributores appellantur, consentaneum est, vt diuisores quoq; sint: vt probatur. 2. q. 1. si peccauerit. ibi, distribue tempora. & c.

8 Tertio † distributores idem appellari possunt. sicut enim exposuit verbum diuisio i. distributio. Rogerius in. l. pecunie supradicta, quasi idem sit. Quod